

GENETHLACA
ORATIO III.

ad
Dictum Esaiæ c. 9.

de
Titulo ac nomine
MIRABILIS.

66

Quod equis Vestrum est, Viri Nobiliss. Ampliss. Consultiss. Ex-
cellentiss. maxime Reverendi, Clariss. Præstantissimi,
Auditores omnium Ordinum honoratissimi, in cupis, ubi septē
mundi miraculorum mentionem in hoc Orationis limine facio
memoriam non statim recurrat, quibus illa ipsa contra naturam quasi
ingeniosa Pædali arte fabricata opera rerum præclarum myste-
riis prædicent? Ita videlicet est, quod gentiles Scri-
ptores vehementer satis miracula septenario comprehensa nu-
mero cum ob miram in fabricando artem, tum ob ingentes in ædifi-
cando sumtus adhibitos mirari nequeant. Proh immortalem Deum!
quam magnifice illi Diane Ephesie in Joniâ templum extollunt, et
Mausoleum, quod in Cariâ in honorem conjugis Artemisia ex-
strui curaverat? Vab! quantum desudant, ut dignis encomiis
Demetrii in Rhodo Colossum, opus Phidie Olympii Iovis sta-
tuam, muros Babylonicos, à Semiramide constructos, Sostriati
Cnidii in Pharo Pharum atq; quadratas Egypti è lato in acutum
tendentes Pyramides ornent? At vero quanta quanta hæc
artis miracula, ingeniosissimorum artificum opera atq; inoen-
tibus ditissimorum regum sumtibus fabricata, licet speciosis-
sima fuerint artis specimina, licet et vehementem Spectatorum
admirationem excitarent, pro rebus futilibus tamen et inanis, imò
pro rebus titivillitis quovis vilioribus merito reputantur, si quan-
do hodie cum Pueris admirabilis, qui nobis natus, ac Filio admirabilis
qui nobis datus s. e. cum IESU nostro conferantur.
Sujus quippe natiuitas stupendis plena est miraculis. Quid?
nonne miraculum hoc est, quod Patri secundum humanitatem & Ma-
tri secundum divinitatem careat? Nonne miraculum est, quod
verus sit homo de homine natus, omnia tamen peccationis
exers? Nonne est miraculum, quod Cæli terrarumq; Rex,
nec tamen Sabeus, qui velinet caput? Nonne est miraculum,
quod eâ fini natus, ut ipse in se pro patris patere cupit, ac
revertat? Nonne est miraculum, quod ipse ut Rex potentis-
simus, ut Rex gratiosissimus, ut Rex gloriosissimus honoretur?
Sic scilicet narrata miracula in Immaculate nostro, si animi
mentis inagine eum contempleris, occurrunt. ut hinc rectissime
propheta ille Evangelicus et Evangelista Propheticus, Esaiam